



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 9. Duo versus Horatij conuersi è Simonide.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

suavitatis, quam non ipsi accuratè exprimant, exquiritèque persentiant. quod in Euripidi Sileno optimè cerni potest. id nō faciunt, qui gutture tantum pro infundibulo utuntur. Hoc autem auguror dixisse etiam Varronem in ea Satyra quæ inscribatur, Est modus matula. *ἢ μὲν οὖν*. inde enim citantur hæc: *Quis in omni vita helio modo olfacit temetum?* quæ ego ita quodammodo legenda censuerim; *Quis in omni vita heluo probè olfacit temetum?* potest autem aut propriè vsus esse olfaciendi verbo, aut etiam illud ad gustatum transtulisse. Sed haud alienum fore puto, si ex eadem Satyra versus aliquot attulerim, quibus vinum elegantissimè celebratur:

*Vino nihil iucundius quidquam cluit.
Hoc agritudinem ad medendam inuenerunt.
Hoc hilaritatis dulce seminarium.
Hoc continet coagulum conuiuia.*

Duo versus Horatij conuersi è Simonide.

C A P I T U L U M IX.

DVDVM admonui, versum illum Horatianum, *Mors & fugacem persequitur virum,* ad verbum expressum esse è Simonide; illum enim ita cecinisse:

Ὀδ' αὖ θάνατος ἐφίκε καὶ τὸ φουγέμαχον.

nunc cum in alium inciderim, qui itidem ex eodem poëta conuersus est, annotandum duxi. est igitur Horatij quidem hic:

Quicumque terra munere vescimur:

Simonidis verò, *Εὐρυέδης ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα θανάτος.* qui ex Homero, ut videtur, sumpserat:

Εἰ δέ τις ἐστὶ βροτῶν, οἱ ἀεὶ κερὸν καρπὸν ἔδυσσι.

reperitur autem Simonideus apud Platonem in Protagora,

Act. Martini
Lectio
LIII
25

agora. & apud Plutarchum in Commentario De
 Communibus notionibus aduersus Stoicos: sed lae-
 & mutilus. Vtinam exstarent veterum illorum lyricor-
 um poemata. non dubito, quin propemodum omnia
 ornamenta, quibus Horatius splendet, ab eis con-
 gata esse constaret.

Sententia cuidam Ouidiana allata similis ex Euripide.

CAPVT X.

OUIDIUS in Epistola quadam earum quas scri-
 psit exul, cum multa incommoda collegisset,
 quae in tali fortuna obstarent sibi carmen pangere cu-
 pienti, illud etiam ponit, quod tristitia & dolore con-
 fectus esset, cum carmina sint opus hilarae mentis, se-
 renoque, ut ipse loquitur, animo deducta proueniant.
 Idem autem multis ante saeculis dixerat & Euripides:
 addideratque hanc causam: quod qui domesticis ac
 propriis doloribus angitur, alios delictare non possit.
 Sed praestat, ut versus quibus ea sententia continetur,
 ascribam. Sunt autem *ικετις*:

Τὸν δ' ὕμνοποιόν, αὐτὸς αὖ τρίτη μέλη,

Χαίροντα τρίτειν. ἢ δ' μὴ πάχνη τόδε,

Οὔτοι δῶναιτ' αὖ ὀκνοθέν γ' ἀταμεν,

Τέρπειν αὖ ἄλλως. εἰ δὲ γὰρ δίκην ἔχει.

Utum igitur Ouidius ad illa Euripidea respexerit, an
 idem ipsi, quod illi, in mentem venerit, incertum est.
 idem certe uterque dixit.

*Quod Aristoteles in antiquis dicendi magistris reprehendit,
 idem Isocrates antea reprehendisse ostenditur.*

CAPVT XI.

NON primus Aristoteles accusauit eos, qui ante
 ipsum de arte rhetorica scripserant, quod cum
 una eademque sit methodus deliberatiui generis & iudici-
 alis.